

Introiti. **D**icit dominus sermones mei. ysa. lix. capitulo. et. lvi. c. Epistola vero apoca. xxi. ca. = pitulo. vidi ciuitatem sanctam iherusalem et ce- tera. Responsorium est. Locus iste scilicet ec- clesia materialis sanctus est. quia sanctificata est. ad hoc. vt ibi don. mus exaudiat preces. et iteo prestat orantibus sanctitatem. Salomon enim orauit. vt dominus orantes ibi exaudiret et dominus dixit. Exaudita est oratio tua hoc etiam significatum est terciō. Regum octauo capitulo vbi salomon dedicatō templo ait. Qui curq; orauerit in loco isto. exaudies in loco ta- bernaculi tui in celo. et cū exaudieris propici- eris. Alleluia est in quibusdam ecclesijs. O quā metuendus est. gen. xxviii. c. Euangeliuz vō ē Egressus ihesus luce. xix. c. eo q; habet hodie salus domui huc facta est. in quibusdam tñ ec- clesijs legitur euangeliū de math. in quo habet Et non potuerunt subuertere domum illaz. fun- data enim erat supra firmam petram. Sequitur offertorium de verbis dauid in palipomenon. j. vlti. c. Vel secundū alios sunt verba salomonis Domine deus in simplicitate cordis mei. letus obtu' i vniuersa hęc. Obtulerūt enim sacrificia inestimabilia que significant bonas opationes siue cogitatonēs et bona desideria. que inestima- bilia sunt et numero et precio. Sequitur postcō- munio. Domus mea etc. ysa. lvi. et math. vij. ca- pitulo. Nota si festū dedicatōnis ecclesie occur- rerit in passione domini. fit in sequenti ebdo = moda. Si vero in festo ascensionis et de ascen- sione fieret officium. et officiu; dedicatōnis dif- feretur. Salomō enim dedicauit templum duo- decima die mensis. et decima die mensis occurre- bat cenoplagia celebravit autem dedicatōnez templi per septem dies. et prorogauit cenopla- giam vsq; post dedicatōnem.

Sequitur octaua pars de computo et kalen- bario et de pertinentibus ad illa

Quoniam sicut ait beatus augustinus sacer- dotes computum sci- re tenentur alioquin vix in eis sacerdotis nomen constabit sibi quo verbo noticiā cur- sis temporis lune ac kalēbarij intelligim⁹. Quoniam computus est scientia certificandi tempus secundum so- lis et lune progressum. idcirco ab simplicium sacerdotum instructionē in hac octaua et finali parte. de hoc aliqua claro compendio pertrin- gemus. prout ad vsum ecclesie dinoscitur perti- nere. Dicitur autem computus a computo. tas

quia in ipso computatō procedimus non quia in ipso computare doceamur. Et est duplex cō- putus scilicet astronomicus seu philosophic⁹ et vulgaris. seu ecclesiasticus. sed de astrono- mico nil ad presens. Vulgaris oputus ē scien- tia distinguendi tempus certa ratione siue scien- tia temporis discretiua secundum ecclesie vsum. Tempus vero prout hic sumitur est secundum tulum quēdam quātitat' s anni. mensurā. diu- ni seu a' terius spacij. Vel temp⁹ est mora mo- tus reruz variabilium cuius partes decem esse dicuntur. scilicet annus. mensis. septimana. dies quadrās hora. punctum. momentum. vncia et atomus. Annus continet. xij. menses. et. liij. sep- timanas. et diem vnam. et trecentos sexaginta quinq; dies et sex horas. mēsis continet quatuor septimanas vel pauloplus. Septimana. vij. dies. Dies quatuor quadrātes. Quadrās sex horas. Hora quatuor puncta. Punctū de- cem momēta. Momentum duodecim vncias. Vncia. xlvij. atomos. Atomus indiuisibi- lis est. Nam atomos grece diuisio dicitur. vn- de atomos grece indiuisio latine. Anni ergo solaris fere duodecima pars mensis est. Sep- timana vero est fere q̄rta pars mensis. Dies na- turalis. septima ps septimane. Quadrans q̄rta ps diei naturalis. Hora sexta ps q̄drantis. Pū- ctum quarta ps hore. Momentum decima ps puncti. Vncia duodecima pars momēti. Atto- mos. xlvij. ps vncie. Est et alia temporis diu- sio. scilicet per eum. per etatem. per seculum. per- lustrum per olimpiadem. et per indictionem. de quibus infra dicitur. Ceterum tria sunt tem- pora annorum siue triplex est annus scilicet so- laris lunaris et magnus. De quibus preuidim⁹ in hac octaua parte tractare. q̄ duas principaliter habet ptes in quaruz prima agitur de anno solari. et de magno. In secunda vero de lunari.

De anno solari. R.

In hac prima hui⁹ opis pte de anno so- lari tractat. Que i quatuor subdiuidit' p- ticulas. In quarum prima agitur quid sit annus. De inicio anni. De multiplici anno. De duodecim signis. De bisexto. De quatuor anni temporibus. et de ieiunijs illorum. De sol- sticijs. et de equinocijis. De magno anno. De era. De olimpiade. De lustrō. De etate. De se- culo. et de euo. In secunda parte agitur de mē- se. De kalēbario. De nonis. De idubus. Vnde et qualiter dies denominentur. De diebus egip- tiacis et canicularibus. In tercia agitur de septimana. et que sit litera kalendarum cuius- libet mensis in qua die septimane quilibet men- sis incipiat. et de literis dominicalibus. De re- gularibus solariibus. De concurrentibus et. De indictione. In quarta agitur de die. de mo- mento. et. De hora.